Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

312

1453-1573. Απογραφή πληθυσμού και διαθήκη. Χάνδακας, Χανιά [ι].
Κ. Μέρτζιος, «Περὶ τῶν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως διαφυγόντων τὸ 1453 Παλαιολόγων καὶ ἀποβιβασθέντων εἰς Κρήτην», *Actes du XIIe Congrès International d'Études Byzantines*, τ. II, Nendeln-Liechtenstein 1978, σσ. 172-173, αρ. 1· σσ. 175-176, αρ. 4.

313

1454. Διοικητικό έγγραφο. Βενετία, Χίος [λ].
M. Manoussakas, «Les derniers défenseurs crétois de Constantinople d'après les documents vénitiens», *Akten des XI Internationalen Byzantinisten Kongresses*, München 1960, σ. 334, υποσημ. 21· σ. 337, υποσημ. 42.

314

1454. Διοικητικά έγγραφα σχετικά με το επαναστατικό κίνημα των Βλαστών. Ρέθυμνο, Χάνδακας [λ].
Μ. Μανούσακας, «Νέα έγγραφα (1454) περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ συνωμοσίας τοῦ Σήφη Βλαστοῦ», *ΕΕΒΣ* 33 (1964), σσ. 234-238, αρ. 1-3.

315

1454. Διάταγμα του Μεγάλου Μαγίστρου της Ρόδου. Νίσυρος, Ρόδος [λ].
Ζ. Τσιρπανλής, «Το κτητορικό δίκαιο των κατοίκων του Άργους στην ιπποτοκρατούμενη Νίσυρο (1454)», *Νισυριακά* 11 (1990), σσ. 21-22 (= Τσιρπανλής, *Η Ρόδος και οι Νότιες Σποράδες*, σσ. 208-209).

ΔΙΑΤΑΓΜΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΤΗΣ ΡΟΔΟΥ.
ΕΠΙΚΥΡΩΝΕΤΑΙ ΔΙΚΑΣΤΙΚΗ ΑΠΟΦΑΣΗ ΠΟΥ ΚΑΤΟΧΥΡΩΝΕ ΤΟ JUS PATRONATUS ΟΡΘΟΔΟΞΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΝΙΣΥΡΟΥ

Ρόδος, 1454, 4 Μαΐου

«Uniuersis et singulis has nostras literas visuris, audituris et lecturis. Nos frater Johannes de Lastico et cetera notum facimus, cum differentia uerteretur inter venerabilem ac religiosum in Christo nobis precarissimum fratrem Lodouicum de Sarra, Conuentus Rhodi nostri mamescallum, ac nostre insule Niseri appaltatorem, siue venerandos presidentes

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

nostri comunis thesaurj, super monasterio siue ecclesia nuncupata Theotoche Lauadiotissa, situata prope nostrum castrum Argi dicte nostre insule Niseri, dicentes prefatam ecclesiam pertinere ad prefatum comunem tesaurum, nam condam preceptor Langonis illam contulerat cuidam mulieri nominate Kali tu Pangalo, ex una parte, et papatem Michaelem tis Auias et papatem Michaelem tu Constanda, procuratores hominum dicti Castri Argi, ex altera parte, deffendentes et dicentes dictum monasterium siue ecclesiam fuisse an||ti||quitus constructam ab hominibus dicti Castri, et per consequens ad eos jus patronatus dicte ecclesie pertinere et non ad comunem thesaurum, hanc differentiam et causam determinandam et judicandam comisimus religiosis in Christo nobis carissimis fratribus Raymondo de Linyano, lingue Hispanie pillerio ac Osche, et Alberto de Morines Calcis, preceptoribus, ut partibus premissis et dicta Kali auditis, in earum juribus, que dicere et alegare voluerint, justiciam administrarent et nobis et nostro venerando Consiglio referrent.

Quj comissarij post aliquot dies retulerunt nobis et dicto nostro venerando Consilio se audiuisse partes premissas et ipsam Kali tu Pangalo dicentem et confitentem prefatam ecclesiam esse hominum Argi, non obstante donatione sibi facta per condam preceptorem Langonis, et intellexisse omnia que tam ore quam scriptis ipse partes coram eis alegare voluerant, et quod eis videbatur et sic judicabant, quod dictum monasterium siue ecclesia cum suis juribus et pertinentijs et jus patronatus eiusdem ecclesie et bonorum eius spectabat et pertinebat ad dictos homines Castri Argi, et per consequens fructus et emolumenta ipsius ecclesie et bonorum eius recipere et habere debebant, et quod dictus noster comunis tesaurus siue eidem presidentes vel dictus manescallus nullum jus habebant in dicta ecclesia nec rebus aut emolumentis eiusdem, nec per consequens dicta Kali aliquot jus habebat.

Sed dicti comisarij rederuauerunt, quod si dictus noster thesaurus in futurum per scripturas vel aliter legittime probare poterit dictum monasterium uel ecclesiam ad eum pertinere, jus suum semper sit saluum et illesum et illud petere valeat, hac sua sentencia in aliquo non obstante.

Quamquidem relationem et sentenciam dictorum comissariorum cum deliberatione dicti nostri venerandi Consilij tenore presentium approbamus et ratificamus ac confirmamus, mandantes et precipientes uniuersis et singulis dicte domus nostre fratribus quacumque auctoritate, dignitate offitioque fungentibus, presentibus et futuris, sub uirtute sancte obedientie, ne contra hanc nostram confirmationem et ratificationem dicte sentencie aliquatenus facere vel uenire presumant, quin ymo iuxta eius mentem et seriem studeant inuiolabiliter obseruare.

In cuius rei testimonium bulla nostra magistralis in cera nigra presentibus est impressa.

Datum Rhodi in nostro Conuentu die quarto mensis Maij, anno ab incarnato Christo Jhesu, domino nostro M°CCCC°LIIIJ°»[318].

316

1454. Διοικητικά έγγραφα. Μεθώνη [ι].

Κωνσταντίνα Παπακοσμά, «Εδαφικές διεκδικήσεις της

318. σσ. 21-22 = σσ. 208-209.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ